



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 52. Balvis Epistolæ ad Bituricensem & Burgundum Duces

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

xit; cum vero probe sibi compertam ha- Sæcul. XV.  
beret Regis astutiam, & Bituricensis im- A.C. 1468.  
becillitatem, hinc Lescunum Duci caris-  
simum promissi Convenensis Ducatus spe  
corrupit, haud amplius dubitans, quin Rex  
communicatis inter ambos fratres consi-  
liis, ad suum arbitrium cum Bituricensi a-  
cturus esset, proin hujus inimici metu li-  
ber, nullo negotio Burgundiæ ac Britan-  
niæ Duces, ad officium redigeret; præ-  
cipue, quod ceterarum Provinciarum No-  
biles eorum partibus accedere tamdiu  
detrectarent, donec illum, qui proximus  
Gallicæ coronæ hæres esset, suis quoque  
studiis addictum cernerent. Balves  
igitur Regem a concordia cum Bituricen-  
si deterrere, Burgundum vero ad restau-  
randum bellum incitare statuit. Qua-  
propter nuntium suo nomine ad ambos  
Duces ablegat, huncque de tota rei a-  
genda summa accurate edocet, demum  
eidem literas proprio chirographo, nullis  
tamen arcanis notis conscriptas tradit,  
dato negotio, ut ad Bituricum Ducem,  
utpote magis credulum, recta sese confe-  
rat & eidem secreti silentii religionem e-  
nixe commendet.

### §. LII.

#### *Balvis Epistolæ ad Bituricensem & Burgundum Duces.*

Tenor epistolæ ad Bituricum Ducem per-  
U 4 scri-

**Sacell. XV.**A.C 1468.

scriptæ erat sequens: Rex tibi dimissa Cam-  
pania Aquitaniam offerre meditatur, cau-  
tus tamen ac providus sis, ne ejusmo-  
di permutationem, quantumcunque pro-  
ficia tibi videatur, acceptes; nullum e-  
nim aliud Regis animo infidet consilium,  
quam ut te hoc pacto a Burgundi & Bri-  
tanni Ducum, quos longe omnium ami-  
corum carissimos habes, societate di-  
vellat, ac demum omnes tres eo majori  
facilitate opprimat, quo certius mutui  
auxilii copiam vobis intercludit. In li-  
teris vero ad Burgundiæ Ducem directis  
significat, Regem ac Bituricensem proxi-  
me sua collatuos consilia, nec amplius  
eorum congressum impediendi locum su-  
pereffet; proin ambos hosce fratres vel i-  
deo amicitiam abs dubio redintegratu-  
ros, ut denique toto impetu in Burgun-  
diæ Ducem irrumpere possent; addit-  
que Regem unice cum Bituricensi, &  
Britanno pacem tam sollicite procura-  
re, ut neminem a tergo haberet, qui con-  
ceptæ suæ vindictæ obicem poneret. E-  
missarius hisce instructus epistolis iter  
agreditur; verum in Britanniæ finibus  
comprehendebatur, ac penitus excus-  
sus in intima thoracis sui parte literas ge-  
stare deprehensus est. Vix illæ ad Regem  
delatae sunt, cum illico Ludovicus cogni-  
ta Cardinalis, quem suorum subditorum  
fidelissimum reputabat, perfidia summe  
obstu-

obstupefactus hæret, injuriam tamen Sæcul. XV.  
silentio premere decernit, donec Bitu- A.C. 1468.  
ricum Duci hasce communicasset literas,  
ut & ipse proprii oculi testimonio con-  
victus agnosceret, eos ipsos, qui hucus-  
que Ducem inter & Regem dissidia con-  
flare conati essent, utriusque simul jura-  
tos esse inimicos.

§. LIII.

*Colloquium Regis cum Bituricensi  
Duce.*

Haud procul a quodam flumine, quod Andegavensium, ac Britonum fines interjacet, Rex & Bituricensis congressi sunt, de præsenti negotio inter se collaturi; Cum igitur huic anni dedita opera pons impositus esset, & illuc ambo convenissent, Rex Ducem pedibus suis ad voluntum surgere jussit, eidemque manum suam osculandam præbuit, ac ceteris dismissis nonnisi duodecim forensis togæ Viros colloquio interesse voluit, coram quibus Duci pessima Cardinalis consilia exponit, subjungens, se verbi sui testes in manibus tenere; hoc dicto literas ex pera depromptas Bituricensi legendas tradit, rogatque, ut solerter observare velet, eundem Balvem, qui in priori sua epistola se fidelissimum Ducis amicum professus esset, jam in altera accerrimum

U 5

se